

*physico-Theol. de verò homine, in præfatione
ad Lectorem.*

§. 2 Aliter *Valentinus VVeigelius*, qui
hunc errat errorem, tres esse partes essentielles
hominis, *corpus*, *Spiritum* & *Animam*.
Corpus esse elementare & ex terrâ suam tra-
here originem, spiritum ex sideribus, animam
à DEO esse suam habere. In resolutione
itidem duas esse interitui obnoxias, corpus sc.
quod sepulturâ conditur, & in terram revertit;
Spiritus, qui quamvis factâ dissolutione
confestim non intereat, sed post fata etiam
hominibus sese conspiciendum exhibeat,
tandem tamen à sideribus & Astris, à quibus
esse acceptum tulit, iterum consumatur &
distruatur. Anima autem auctori suo DEO
reddatur. Ab his non abludit *Johan. Amos*.
Comenius. in Syn. phys. ad lumen divinum
reformatâ c. XI. §. 2. 3 4. dicens: *Componi-*
tur homo ex tribus, corpore, Spiritu & animâ.
Corpus humanum ex elementis est conflatum,
æquè ut bruta, Spiritus humanus ex Spiritu

C 3

mun-